Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38332
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



275

Sufficit tibi o iuste conscientia tua gratia tua & si condempnatus fueris fit sanguis tuus innocens. & clamauit ad dnm & factus ē mihi in refugium. Locus iste contra arrianos facit. qnm enim contradicunt dm saluatorem quod factus dicitur. Ecce nos dicimus factus ē mihi dns in refugiū. Nullo dubiū quin de patre hoc inter pretemur. Si autē de patre dicitur. Dns factus ē mihi in refugium hoc sensu intellegendū. dns qui semper erat mihi factus ē in refugium. sic & saluator qui semper erat mihi saluator factus ē. XC IIII.

PSALMUS TUO CĒ CONTINET & PPH COORTATIS HOMINĒ ADDAMADE TOTO CORDE TRANSIRE.

Venite exultemus in dno iubilemus deo saluatori nro. Intellegamus quia ipse ē dns & ipse nobis contulit modo tua salutem. Preoccupemus faciem eius in confessione. Prius quā nobis auersus fuerit facie irascatur confitea mur peccata. & in psalmis iubilemus ei psallentes in cordib. nris deo gratias agentes. Qnm ds magnus dns. Nullus enim aequatur magnitudini id ē potentiae eius. & rex magnus sup omnes ds. Ipse enim omnia regit. Qnm non repellet dns plebē suā. quā pretio cruore redemit. Quia in manu eius omnes fines terrae. Pugillo enim idem potestate concludit omnē latitudinē terrae. & altitudinē montium ipsius sunt. Predicationes apostolicae quia ipse inspirat. Qnm ipsius ē mare & ipse fecit illud. Haec & de secula intellegenda sunt. & de ista uera mart. ad confutationē eorū qui dicunt aquas ado non ēe creatas. Nam & salomon ex psona sapientiae qui ē xps ait. Priusquā pducer & fontes aquarū. Ego eram. & sicca manus eius formauerunt. Siue arua siue humana corpora. Venite adoremus & procidamus. & ploremus coram dno qui fecit nos. quia ipse ē dns nr. Coram illo prostrati ipsi peccata cum fletu & lacrimis confitert. Iterū quem propheta ortatur quem sciunt ēe dm omniū saeculorū. Nos populus pascue eius & oues manus eius. Cuius sanguine uel redemimur uel alimur. hodie si uocem audieritis. nolite obdurare corda uestra. Sicut enim in irritatione secundū diem temptationis in deserto. Ubi temptauerunt me patres uri. probauerunt & uiderē opera mea. Quadraginta annis offensus fui generationi illi. & dixi semper errant corde. Et isti non cognouerunt uias meas. & iurauit in ira mea. si intrabunt in requiē meā.

Euidentissime hec pandit apostolus ad hebreos. Nec aliam interponere presumimus expositionem quam ita ait. Quidam enim ex acerbauerē sed non omnes qui profecti sunt ex egipto per moysen. Quib. autē offensus fuit XL annis. nemp bellis qui peccauerunt quorū & cadauera prostrata sunt in deserto. Quib. autē iurauit non introire in requiem nisi illis quin credulis fuerunt & uidemus. quia non potuerē introire ppt incredulitatē. Timeamus ergo ne forte acceptu pollicitatione introeundi in regnū eius. existimet. Aliquis ex nobis deēe. & enim nobis nunciatū ē. quēad.